

Pontificia Università della Santa Croce

Facoltà di Teologia. Istituto di Liturgia

**TEOLOGIA LITURGICO-SACRAMENTARIA:
PENITENZA E UNZIONE DEGLI INFERMI**

La celebrazione della penitenza privata secondo il Pontificale Romano Germanico¹ (secolo X)

Cap. CXXXVI. *Qualiter sacerdotes suscipere debeant poenitentes more solito*

1. Spiega la struttura del rito, indicando le sue parti (sequenze rituali) e i numeri che comprende ogni parte.
2. Come è presente la Parola di Dio in questa celebrazione della penitenza?
3. Quali sono gli elementi che costituiscono il codice non verbale del rito (gesti, movimenti e atteggiamenti del confessore e del penitente)?
4. Come manifestava il penitente la sua contrizione nel rito, attraverso gli elementi verbali e non verbali?
5. Come è indicata la soddisfazione che il penitente doveva compiere per i suoi peccati?
6. Quale è il verbo “chiave” in ogni forma di assoluzione (nn. 29-38) per indicare il perdono dei peccati al penitente? In quali tempi verbali si trovano questi verbi?

¹ Cfr. *Pontificale Romano-Germanicum*, C. VOGEL – R. ELZE (a cura di), *Le Pontifical romano-germanique du dixième siècle*, vol. II: Le texte (nn. XCIX-CCLVIII), Biblioteca Apostolica Vaticana, Città del Vaticano 1963, cap. CXXXVI (pp. 234-245).

CXXXVI. Qualiter ¹ sacerdotes suscipere debeant poenitentes more ² solito.

1. Cum aliquis venerit ad sacerdotem confiteri peccata sua, mandat ei sacerdos, ut expectet modicum, donec intret in cubiculum adorare. Si autem non habuerit cubiculum, prius in secreto ¹ cordis sui dicat hanc orationem:

2. Domine ¹ Deus omnipotens, propitius esto michi ² peccatori, ut me pro peccantibus et peccata sua confitentibus dignum inter te et ipsos mediatorem constituas, quique mortem peccatorum non vis, sed ut convertantur et vivant, suscipe orationem servi tui, quam pro famulis famulabusque ³ tuis ante conspectum gloriae tuae poenitere ⁴ cupientibus effundo, ut pariter eos et peccatis ⁵ exuas et in futuro ab omni crimine illesos ⁶ custodias. Per.

3. Alia ¹. Domine Deus omnipotens, propitius esto michi ² peccatori, ut condigne possim tibi gratias agere, qui me indignum propter tuam misericordiam ministrum fecisti officii sacerdotalis et me exiguum humilemque mediatorem constituisti ad adorandum et intercedendum ad dominum nostrum Iesum Christum pro peccantibus et ad poeniten-

CXXXVI. Mss.: B, f. 164^r-167^r; C, f. 189^r-192^v; G, f. 165^v-168^v; T, f. 102^v-104^v; V, f. 126^v-128^v.

Éd.: MORIN, *De poenit.*, pars II, éd. de Paris, pp. 22-25; éd. d'Anvers, pp. 22-25 (d'après une copie de C). — SCHMITZ, *Bussbücher*, t. I, pp. 746-751 (d'après C: début des oraisons seulement). — A. J. BINTERIM, *Die vorzüglichsten Denkwürdigkeiten*, V, 3, Mainz, 1829, pp. 430-436 (CXXXVI, 5-22, sous le titre *Poenitentiale sancti Bonifatii*, avec variantes et omissions; cf. WASSERSCHLEBEN, *Bussordnungen*, pp. 47, 88, 89, n. 249). — MORIN, *op. cit.*, *Appendix*, éd. de Paris, pp. 40-42 (sous le titre *Excerpta e Reginone ant. ann. 750 e Poenitentiale romano et Poenentialibus Theodori archiep. Cantuar. et Bedae* figure un livret pénitentiel semblable à celui de notre ordo).

Titulus. ¹ <Ordo> qualiter T. — ² more solito] om. V.

1. ¹ secretio B.

2. ¹ <Oratio> Domine T; <Alia> Domine B. — ² mihi B G V. — ³ famulabusque tuis] *cancell.* C; famulabusque] et famulabus G V; famulabus B. — ⁴ poeniteri T. — ⁵ <a> peccatis B. — ⁶ illaesos T; inlaesos B.

3. ¹ Alia] om. C G. — ² mihi B G. —

CXXXVI. Le titre *Qualiter sacerdotes suscipere debeant poenitentes more solito* est l'ordo de la pénitence *privée* sacramentelle; l'ordo de la pénitence *publique* est contenu dans l'*Ordo L*, aux places habituelles: mercredi des Cendres et jeudi-saint (cf. supra *Ordo L*, 44-73 (*in capite ieiunii*), et 224-251 (*in caena domini*)). — De nombreux éléments sont identiques à l'Ordo de la pénitence publique, figurant dans l'*Ordo L*, 44-73.

3. Cf. *Ordo L*, 45 (finale différente).

tiam revertentibus. Ideoque, dominator domine, qui omnes homines vis salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire, qui non vis mortem peccatorum, sed ut convertantur³ et vivant⁴, suscipe orationem meam⁵, quam fundo ante conspectum clementiae tuae, pro famulo tuo N., qui ad penitentiam venit. Per.

4. Cum autem accesserit ad te¹, dic super eum hanc orationem:

Deus, qui confitentium tibi corda purificas, et accusantes suas conscientias ab omni vinculo iniquitatis absolvis, da indulgentiam reis et medicinam tribue vulneratis, ut, exclusa dominatione peccati, liberis tibi mentibus² famulentur. Per.

5. Tunc interroga, si teneat orationem dominicam et symbolum¹, et, si tenet, dic ei interrogando²:

Interroga³: *Credis in patrem et filium et spiritum sanctum?* Resp. *Credo.*

Interroga: *Credis quod istae tres personae, quas modo diximus, pater et filius et spiritus sanctus, tres personae sunt et unus Deus?*

Resp. *Credo.*

Interroga: *Credis quod in hac ipsa carne, in qua nunc es, habes resurgere in die iudicii et recipere sive bonum sive malum quod gessisti?* Resp. *Credo.*

Interroga⁴: *Vis dimittere illis peccata quicumque in te peccaverunt, ut et tibi Deus dimittat peccata tua, ipso domino dicente: «^a Si non remiseritis hominibus peccata eorum, nec pater vester celestis dimittet vobis peccata vestra ».* Resp.⁵ *Volo.*

6. Interroga¹ eum, si iam ipse confessus fuisset alicui peccatum suum. Deinde si aliquid de malo ingenio habet, aut de furto, aut de aliqua causa contra directum. Si confessus est habere², instrue eum, quod non est licentia iudicium de illis peccatis recipere³, antequam ipsum malum reddat aut eiciat.

7. Postea, si fecerit, interroga eum, si iracundiam contra qualemcumque habeat hominem. Si confessus est habere, ammone¹ eum quod scriptum est: «^a *Sicut non proficit vulneri medicamentum, si*

³ convertatur B. — ⁴ vivat B. — ⁵ meam] servi B.

4. ¹ te <poenitens> V. — ² mentibus] om. B C V.

5. ¹ symbolum V. — ² interrogando] om. B G. — ³ Interroga] om. G V. —

⁴ Interroga] om. C T. — ⁵ Responsio V.

6. ¹ <Tunc> interroga V; <Item> interroga G. — ² <se> habere V. — ³ recipere] facere G.

7. ¹ admone G. —

4. *Sacram. Gélas.* I, XXXVIII (éd. WILSON, p. 65; MOHLBERG, p. 58) (finale différente).

5. *Ordo* I, 50. — ^a Cf. MATTH. VI, 14-15.

7. ^a (citation non identifiée).

5

10

20

30

35

40

adhuc ferrum in eo sit, ita nichil² proficit abstinentia illius, si iracundiam tenet³ ».

8. Interroga¹, si fugitivus sit. Et, si est, ammone² illum³, quia non licet ei poenitentiam agere.

5

B C G T

9. Tunc require¹ eum diligenter, si est incestuosus; et² si non vult incesta dimittere, non potes ei penitentiam dare. Et
10 si vult incesta dimittere, dic psalmum XXXVII: *Domine³ ne in furore.*

15

V

9. Tunc diligenter require ab eo plenam ac puram confessionem peccatorum suorum et si confessa peccata deinceps velit fugere ac pro sua possibilitate dimittere. Et si profiteatur se velle dimittere, dic⁴ super eum psalmum XXXVII: *Domine ne in furore^a II cum hac oratione:*

10. Oratio¹. *Deus², cuius indulgentia cuncti indigent, memento famuli tui N., qui lubrica terreni corporis est fragilitate circumdatus³; quaesumus, da veniam confitenti, parce supplici, ut, qui suis meritis accusatur, tua miseratione salvetur. Per.*

20 11. Deinde dic¹ psalmum centesimum² secundum: *« Benedic³ anima mea domino, usque⁴: renovabitur ut aquilae.*

Oratio⁵. *Deus, sub cuius oculis omne cor trepidat omnesque contremiscunt⁶ conscientiae, propitiare omnium gemitibus⁷ et cunctorum medere vulneribus, ut, sicut nemo nostrum⁸ liber est a culpa, ita nemo
25 sit alienus a venia. Per.*

² nihil B G T V. — ³ tenet <in corde> V.

8.] om. V.

9. ¹ Interroga <eum> G. — ² admone G. — ³ illum] eum B.

30 8. ¹ requirere C; require eum diligenter] diligenter require eum B. — ² et si ... dimittere] om. T. — ³ <Ps.> Domine T. — ⁴ dic] sic V.

10. ¹ Oratio] om. B V. — ² Deus] Domine V. — ³ circumdatus] nudatus C T V.

35 11. ¹ dicis B C. — ² cent. secundum] c. G. — ³ Benedic ... aquilae] Benedic anima mea domino, usque: renovabitur sicut *adscr. corr.* C. — ⁴ usque ... aquilae] et hanc orationem super eum V. — ⁵ Oratio] om. B V; <Et dic> orationem T. — ⁶ contremescunt V. — ⁷ gentibus C. — ⁸ nostrum] om. V.

9. Cf. *Ordo L*, 56 (début). — ^a Le Ps. XXXVII est le deuxième psaume commençant par les mots: *Domine ne in furore*, le premier étant le psaume VI.

40 ¹¹. *Sacram. Gélas.* III, XXXV (éd. WILSON, p. 252; MOHLBERG, p. 198). — ^a Ps. CII, 1-5.

12. Et ¹ dic ² psalmum quinquagesimum: ^a *Miserere mei, Deus,* usque ³: *iniquitates meas dele* ⁴.

Oratio ⁵: *Precor, domine, clementiae et misericordiae tuae maiestatem, ut huic ⁶ famulo tuo N. peccata ⁷ confitenti debita relaxare et veniam prestare digneris, et ⁸ preteritorum criminum culpas indulgeas, qui humeris tuis ovem perditam reduxisti, quique publicani preces confessione ⁹ placatus exaudisti. Tu etiam huic famulo tuo N. placare, tu huius precibus benignus aspira ¹⁰, et, ut in confessione placabili permaneat, fletus eius et petitio perpetuam clementiam tuam celeriter ¹¹ exoret, sanctisque ¹² altaribus et sacrariis restitutus, spei rursus ¹⁰ aeternae ac celesti ¹³ gloriae mancipetur. Per.*

13. Tunc fac eum confiteri omnia peccata sua ita dicendo:

Interrogatio ¹: Fecisti homicidium, aut casu, aut volens, sive pro vindicta parentum, vel per iussionem domini tui, aut in publico ², vel facere voluisti et non fecisti, vel servum occidisti? Septem ¹⁵ vel quinque aut tres annos aut dies XL peniteas ³.

Interrogatio ⁴: Fecisti periurium propter cupiditatem saeculi, aut coactus, aut pro vita parentum, vel per iussionem domini tui; sciens aut nesciens aliquos in periurium duxisti? Septem vel tres annos aut dies XL peniteas ⁵.

Interrogatio ⁶: Fecisti furtum capitale vel effracturam aecclesiarum vel domorum? Tulisti ⁷ quadrupedia vel fortio rem causam, valentem solidos centum vel ⁸ quadraginta ⁹? Septem sive quinque annos poeniteas. De ¹⁰ minoribus causis vel furtis annum unum sive tres quadragesimas aut etiam ¹¹ dies XL peniteas.

Interrogatio ¹²: Commisisti adulterium cum uxore aliena, aut cum desponsata, vel virginem corrupisti ¹³, aut sanctam monialem ¹⁴ vel Deo dicatam? Quinque annos aut tres aut dies XL peniteas.

12. ¹ Et ... quinquagesimum] *om.* T; Et] Post haec V. — ² dic <super eum> V. — ³ usque ... dele] et orationem V. — ⁴ dele <Et dic orationem> G; dele <et dic super eum hanc orationem> B. — ⁵ Oratio] *om.* B T V. — ⁶ huic] *om.* C G T V; *suprascr. corr.* C. — ⁷ peccata <sua> V. — ⁸ et ... indulgeas] *om.* V. — ⁹ <in> confessione G. — ¹⁰ aspira V. — ¹¹ celeriter] *om.* G. — ¹² sanctisque] sanctis T; tuis sanctis V; sanctis, *suprascr. corr.* ut C. — ¹³ celestis B G V.

13.-18.] *om.* V.

13. ¹ Interrogatio] *om.* C G T. — ² publico <bello> T. — ³ peniteas] penitentiam age B. — ⁴ Interrogatio] *om.* C G; Interroga T. — ⁵ poeniteas G T. — ⁶ Interrogatio] *om.* C G; Interroga T. — ⁷ <et> tulisti G. — ⁸ vel] *erasum* T. — ⁹ quadraginta] *suprascr.* C. — ¹⁰ <Interrogatio> De B; De ... quadragesimas aut etiam dies XL peniteas] *om.* C. — ¹¹ etiam] *om.* B. — ¹² Int.] *om.* C G; Item interrog. T. — ¹³ corrupuisti B C G. — ¹⁴ sanctam monialem] sanctimonialem T. —

12. *Sacram. Gélas*, I, XV (éd. WILSON, p. 14; MOHLBERG, pp. 17-18) (Variantes). — Cf. *Ordo L*, 64 (*supra*). — ^a Ps. L. 3-11.

Interrogatio ¹⁵: Habuisti legitimam uxorem et cum ea simul concubinam vel cum uxore tua retro nupsisti? Septem vel quinque aut tres annos poeniteas.

Interrogatio ¹⁶: Fecisti fornicationem sicut Sodomitae, vel cum fratre, aut cum patre et ceteris proximis consanguineis, vel cum pecoribus? Quindecim vel duodecim aut tres aut unum annum poeniteas.

Interrogatio ¹⁷: Dixisti falsum testimonium pro cupiditate pecuniae, sciens aut nesciens, aut coactus ¹⁸ a domino, vel suasionem amici? Tres annos, aut duos, aut unum poeniteas.

Interrogatio ¹⁹: Percussisti hominem, ut ab eo exiret sanguis vel os fractum fuerit? Annum unum vel ²⁰ dies XL poeniteas.

Interrogatio ²¹: Odisti fratrem tuum in corde tuo? Quamdiu in ipso odio fuisti, tandiu ²² poeniteas in pane et aqua.

<*Interrogatio*> ²³: Detraxisti ullum hominem ad seniore[m] vel parentes propter invidiam? Annum ²⁴ unum vel dies XL poeniteas.

Interrogatio ²⁵: Violasti sepulchra propter furtum? Tres vel duos annos poeniteas.

Interrogatio ²⁶: Contigit tibi aliqua ²⁷ negligentia ²⁸ de sacrificio? Centum dies vel XL poeniteas.

Interrogatio ²⁹: Tulisti res alienas malo ordine per malum ingenium? Annos tres poeniteas.

Interrogatio ³⁰: Dedisti pecuniam ad usuram? Quinque vel tres annos poeniteas.

Interrogatio ³¹: Fecisti sacrilegium, id est sacrarum ³² rerum furtum, et quod aruspices et augures faciunt et sortilegi ³³, vel vota que fiunt ad arbores, vel ad fontes et cancellos, aut per ullum ingenium vovisti aut sortitus fuisti aut arborum ³⁴ fecisti? Quinque annos vel tres poeniteas.

Interrogatio ³⁵: Fecisti raptum de virgine vel vidua? Tres annos poeniteas.

Interrogatio ³⁶: Tulisti aliquid pecuniae in ecclesia contra directum? Tres annos aut duos aut dies XL poeniteas, aut in quadruplum restituas.

Interrogatio ³⁷: Prodidisti aliquam rem per iniustam delaturam? Tres annos poeniteas.

¹⁵ Int.] om. C G T. — ¹⁶ Int.] om. C G T. — ¹⁷ Int.] om. C G T. — ¹⁸ coactus] actus B. — ¹⁹ Int.] om. C G T. — ²⁰ vel] aut G. — ²¹ Int.] om. C G T. — ²² tamdiu G. — ²³ Int.] om. B C G T. — ²⁴ Annum unum] Unum annum G. — ²⁵ Int.] om. C G T. — ²⁶ Int.] om. C G T. — ²⁷ aliquid T. — ²⁸ negligentia G. — ²⁹ Int.] om. C G T. — ³⁰ Int.] om. C G T. — ³¹ Int.] om. C G T. — ³² sacratarum T. — ³³ sortilegae G T; sortilege, corr. sortilegi C; sortilegia B. — ³⁴ arborum] abortu G. — ³⁵ Int.] om. C G T. — ³⁶ Int.] om. C G; Int. ... XL poeniteas] om. T. — ³⁷ Int.] om. C G T. —

Interrogatio ³⁸: Duxisti aut transmisisti per ullum ingenium servum ³⁹ aut alienum hominem christianum in captivitatem? Quinque vel tres annos peniteas.

Interrogatio ⁴⁰: Combussisti ⁴¹ domum alterius aut agrum? Tres annos peniteas.

Interrogatio ⁴²: Fecisti vomitum per ebrietatem? XV dies peniteas. Si ⁴³ per contentionem, XL dies; si nesciens ⁴⁴, VII dies peniteas.

Interrogatio ⁴⁵: Cogisti ullum hominem bibere, ut inebriaretur ⁴⁶, aut per odium hoc fecisti? Tres ⁴⁷ annos peniteas.

Interrogatio ⁴⁸: Bibisti sanguinem vel manducasti ullius pecudis ⁴⁹ vel hominis? Tres annos peniteas.

Interrogatio ⁵⁰: Manducasti morticinum aut a bestiis dilaceratum? XL dies peniteas.

Interrogatio ⁵¹: Bibisti liquorem in quo mustela vel mus inventus fuerit ⁵²? XL dies peniteas.

Interrogatio ⁵³: Contempsisti indictum ieiunium in ecclesia contra decreta seniorum? XL dies, et si ⁵⁴ in quadragesima, annum unum peniteas ⁵⁵.

Interrogatio ⁵⁶: Oppressisti infantem tuum vel alium ut moreretur? Septem ⁵⁷ aut ⁵⁸ quinque vel tres annos peniteas.

Interrogatio ⁵⁹: Bibisti ullum maleficum ⁶⁰, herbas, vel alias causas, ut non posses infantem habere aut alii dedisti, aut hominem cum potione occidere voluisti, aut de semine vel sanguine mariti tui bibisti, ut maiorem de ⁶¹ te haberet ⁶² amorem? Septem vel quinque aut tres annos peniteas.

Interrogatio ⁶³: Necasti partus? Decem annos peniteas.

Interrogatio ⁶⁴: Occidisti filium aut filiam? XIII ⁶⁵ annos peniteas. Si in utero ante conceptum, annum unum ⁶⁶. Si post conceptum, annos ⁶⁷ tres. Si infans per negligentiam ⁶⁸ moritur ante baptismum, peniteas ⁶⁹ annum unum et numquam sis sine aliqua penitentia.

Interrogatio ⁷⁰: Fecisti aliquid ⁷¹ paganitatis ⁷² quod in kalendis ianuariis ⁷³ faciunt in cervulo ⁷⁴ aut in <vetula> ⁷⁵? Annum unum peniteas.

³⁸ Int.] om. C G T. — ³⁹ servum aut alienum] cancell. C. — ⁴⁰ Int.] om. C G T. — ⁴¹ Combussisti C. — ⁴² Int.] om. C G T. — ⁴³ Si... dies peniteas] om. G. — ⁴⁴ nesciens <inaebriaretur> B. — ⁴⁵ Int.] om. C G T. — ⁴⁶ inebriaretur] om. B. — ⁴⁷ Tres annos] centum dies B G. — ⁴⁸ Int.] om. C G T. — ⁴⁹ pecudis C. — ⁵⁰ Int.] om. C G T. — ⁵¹ Int.] om. C G T. — ⁵² fuerat B G. — ⁵³ Int.] om. C G T. — ⁵⁴ si] om. B T. — ⁵⁵ peniteas] om. B G. — ⁵⁶ Int.] om. C G T. — ⁵⁷ Septem <annos> T. — ⁵⁸ aut] vel G. — ⁵⁹ Int.] om. C G T. — ⁶⁰ maleficium B G. — ⁶¹ de te] debet, corr. deberet T. — ⁶² haberet, corr. habere T. — ⁶³ Int.] om. C G T. — ⁶⁴ Int.] om. C G T. — ⁶⁵ XIII] XIII. B. — ⁶⁶ unum <peniteas> B. — ⁶⁷ anni C. — ⁶⁸ negligentiam G. — ⁶⁹ peniteas] om. G. — ⁷⁰ Int.] om. C G T. — ⁷¹ aliquid] om. C T. — ⁷² paganitates T. — ⁷³ ianuarii G. — ⁷⁴ cervulo B. — ⁷⁵ vegula B C G T. —

Interrogatio ⁷⁶: Misisti filium aut filiam supra tecta aut in fornacem pro aliqua sanitate ⁷⁷? Quinque annos peniteas.

Interrogatio ⁷⁸: Arsisti grana, ubi mortuus homo erat, pro sanitate viventium? Quinque annos peniteas.

5 14. Deinde interroga eum, quale ministerium faciat, si est comes, aut castaldius, si est ministerialis, si est negociator, si est massarius, si est monetarius, si est escarius, si habet patrem aut matrem, si habet orphanos, si fuit aut est pecorarius ¹, si est iudex aut notarius, et ² cetera.

10 Qui cum responderit, quale ministerium faciat ³, interroga, qualiter illud faciat. Si comes aut iudex est, dic illi, non ⁴ accipiat premia, non iudicet tortum. Si est escarius ⁵, non teneat annonam familiae; si monetarius aut negotians, non gravet aliquem in negotio et in concambio. Si habet patrem aut matrem, eos ⁶ honoret et det
15 illis necessaria. Si animalia pascit, aut porcos, et cetera, damnum non faciat aliis. Si est massarius, non sit fraudulentus seniori de labore suo. Si habet viduam aut orphanos, faciat cum eis misericordiam. Si servus est, sit fidelis domino suo et laboret in quantum potest, et qui male faciunt, eos emendet. Si habet uxorem, non con-
20 cumbat cum ea festis diebus, nec ⁷ in quadragesima maiore usque ad octavas paschae ⁸. Omnis itaque christianus fideliter ⁹ decimas Deo det, quod, si non dederit, Deus tollit ab eo novem partes. Si monachus aut monacha est, presbiter aut diaconus aut subdiaconus, servant, quod promiserunt ¹⁰.

25 15. Tunc interroga eum ¹ de minoribus: si turpia verba dixit, id est que risum movent; si malum consilium ² dedit; si cogitavit tollere causas aliorum; si blasphemavit aliquem; si est piger, si somnolentus, si negligens ³; si non operatur cotidie ⁴ quantum potest; si maledixerit ⁵ pauperem; si derisit alterum; si mentitus est aut habet
30 consuetudinem mentiendi; si iocum nimis amat; si pollutus intra ⁶ coxas, si cum manibus aut quovis ingenio, sed hoc grande peccatum est, nisi cito ⁷ emendaverit; si ante horam manducat; si querit deliciosum manducare; si iram non retinet; si statim respondet; si non

⁷⁶ Int.] *om.* C G T. — ⁷⁷ sanitate] necessitate T. — ⁷⁸ Int.] *om.* C G T.

35 14. ¹ peccorarius T. — ² et cet.] *om.* G. — ³ facit C. — ⁴ <ut> non G C (ut *suprascr. corr.* C). — ⁵ cesarius, *corr.* escarius C; cesarius T. — ⁶ eos honoret] *corr.* honoret eos C. — ⁷ nec] non G. — ⁸ pascae G. — ⁹ fideliter] *om.* T. — ¹⁰ miserunt T.

40 15. ¹ eum] *om.* B G. — ² concilium C T. — ³ negligens G. — ⁴ cottidie B G. — ⁵ maledixit B. — ⁶ inter T. — ⁷ cito] *om.* T.

vult oboedire maioribus; si non amat subiectos, si non amat, iam odium est; si nimis mollis; si non facit servos laborare; si nimis asper in familia sua, si non eos vestiatur et nutriat.

16. Qui cum responderit se ex his quae diximus aliquid fecisse, aut alia, quae non diximus, et tu interrogare poteris, interroga, 5 si hoc per consuetudinem fecerit aut non, nam maius peccatum fit per consuetudinem. Iterum ¹ interroga eum si vult emendare ². Si vult et promittit, da ei penitentiam. Si non, dic illi quod non ³ ei das penitentiam.

17. Sed primo ¹ considera, si dives est ² aut pauper, si dominus 10 aut servus ³, si sanus aut infirmus, si sit coniugatus an non, si est iuvenis aut puer. Omnia considera et secundum quod possunt ⁴, impone ⁵ poenitentiam. Non eos nimis aggravas, sed in hoc labora, ut victu ⁶ emendentur. Attende etiam, ut tale ieiunium imponas, ne ⁷ peccatum facias manifestum. Cui ⁸ non potes imponere ieiunium, im- 15 pone elemosinam et ⁹ orationem, ut ¹⁰ flectat genua per diem et noctem.

18. Sed antequam imponas poenitentiam, debes ostendere, quam grande est illud malum et quot annis debet poenitere. Debes tamen ammonere, ut non desperet, quia Deus misericors est et ei omnia 20 peccata dimittit, tantum si emendaverit. Et dic, quia sicut aqua omnia lavat, ita poenitentia omnia ¹ peccata purgat eius, qui eam suscipit ex corde, et, qui peccando factus est filius diaboli, penitendo potest fieri filius Dei, et qui debuit ire in infernum, potest in paradysum ² introire. 25

19. Tunc interroga eum:

Credis per confessionem et veram ¹ emendationem a Deo remitti peccata tua? Resp. ² Credo. Qui cum responderit ³: Credo, dic ⁴: Audi ergo, quid est ⁵ poenitentia.

20. Poenitentia est mala, quae fecisti, plangere et iterum ea non 30 facere. Sicut medicamentum corpori, sic poenitentia prodest ani-

16. ¹ Iterum] Item G. — ² emendare. Si vult] *adscr. in marg.* B. — ³ non] *suprascr. corr.* T.

17. ¹ primum G. — ² est] *om.* B; *suprascr. corr.* T. — ³ <si> servus B. — ⁴ possunt, *sed suprascr.* potuerit agere C. — ⁵ impone] *suprascr.* ei C. — ⁶ victum B. — ⁷ nec C. — ⁸ Cui] *corr.* Et cui C. — ⁹ et] *suprascr.* vel C. — ¹⁰ ut, *corr.* et ut C. 35

18. ¹ omnia] *om.* G. — ² paradysum T.

19. ¹ veram <poenitentiam et veram> G. — ² Resp.] *om.* C V. — ³ respondit C. — ⁴ dic <ei> V. — ⁵ est] sit V. 40

17.-18. *Pontif. curiae rom.*, XLVI, 12-13 (ANDRIEU 482-483).

17. Cf. *Ordo L*, 47-49 et 55.

mae. Et ideo non debes aliquod celare peccatum, quia melius est hic ¹ erubescere coram uno sacerdote quam post mortem coram omnibus sanctis ire in poenas.

21. Iterum ¹ interroga eum:

5 *Habes fidem confessam et peccata confessa Deo* ² *et sacerdoti* ³, *ut remittantur tibi peccata tua?* Resp. ⁴ *Habeo.*

Interroga ⁵ eum: *Unde confessus fuisti* ⁶ *vis iudicium recipere et bene custodire et omnes adinventiones diaboli abrenunciare et trinitatem* ⁷ *credere?* Resp. *Volo.*

10 Interroga ⁸: *Habes voluntatem, quod gessisti contra mandata Dei, emendare?* Resp. ⁹ *Sic* ¹⁰ *habeo.*

22. Dices ei: *Dominus* ¹ *sit adiutor et protector tuus et prestet tibi indulgentiam de peccatis tuis preteritis, praesentibus atque futuris.*

23. Deinde ¹ fiat ² confessio peccatorum rusticis verbis.

15 24. Postea sequantur haec capitula:

Domine, non secundum peccata nostra facias ¹ *nobis.* Resp. ² *Neque secundum.*

Ne simul tradas nos, domine ³, *cum peccatoribus.* Resp. ⁴ *Et cum* ⁵ *operantibus iniquitatem.*

20 *Domine, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum.* Resp. ⁶ *Cito nos anticipet.*

Adiuva nos, Deus salutaris noster. Resp. ⁷ *Et propter gloriam* ⁸.

Fiat, domine ⁹, *misericordia tua* ¹⁰ *super nos.* Resp. ¹¹ *Quemadmodum* ¹².

25 *Esto nobis, domine, turris fortitudinis.* Resp. ¹³ *A facie inimici.*

Domine, exaudi orationem meam. Et ¹⁴ *clamor meus.*

20. ¹ hic <te> V.

21. ¹ Iterum interroga eum] Interrogatio B G; Iterum ... Interroga eum] Deinde require ab eo V. — ² <coram> Deo G. — ³ sacerdote G. — ⁴ Resp.] om. C
30 T. — ⁵ Interroga eum] om. B G; *suprascr.* C. — ⁶ fuisti] es G. — ⁷ <sanctam> trinitatem V. — ⁸ Interroga <eum> T; Interroga] om. G. — ⁹ Resp.] om. C. — ¹⁰ Sic] om. V.

22. ¹ Dominus <omnipotens> B.

23.-24.] om. V.

35 23. ¹ Dehinc B. — ² fiat confessio] fac confessionem B.

24. ¹ facies B. — ² Resp.] om. B; Resp. Neque secundum] om. G. — ³ domine] om. B T; *suprascr.* C. — ⁴ Resp.] om. B G. — ⁵ cum ... iniquitatem] om. B G. — ⁶ Resp. ... anticipet] om. B G. — ⁷ Resp. Et] om. B; Resp. ... gloriam] om. G. — ⁸ gloriam] om. B; gloriam, *corr.* honorem C. — ⁹ domine] om. B; *suprascr.*
40 C. — ¹⁰ tua <domine> B G T. — ¹¹ Resp.] om. B; Resp. Quemadmodum] om. G. — ¹² Quemadmodum] *suprascr.* Sicut C. — ¹³ Resp. ... inimici] om. B G. — ¹⁴ Et clamor meus] om. G.

25. Vox¹ confitentis peccata sua:

Tu, domine, creator meus, redemptor meus, iudex² meus, nosti peccata mea, quia tu nosti omnia antequam fiant. Timeo iudicium tuum, quia contempsi precepta tua, sed non despero de venia, quia tu dixisti nolle³ mortem peccatoris nec lactaris⁴ in perditione malorum. Ne ergo diabolus possit in die mortis meae pro malis meis me ad desperationem trahere, confiteor tibi et huic famulo tuo⁵ omnia mala mea hodie, certus per omnia de indulgentia⁶, quia pius et omnipotens es. 5

26. Tunc¹ dicat sacerdos:

Christus filius Dei, qui scit fragilitatem nostram, misereatur tui¹⁰ et dimittat tibi omnia peccata, que ab² infantia tua³ fecisti usque in hodiernum⁴ diem, preterita, presentia et futura, quaecumque fecisti, sciens seu nesciens, cogitando vel⁵ committendo, liquendo vel operando. Liberet te ab omni malo, conservet te in omni bono⁶ et perducatur te in vitam aeternam. Resp.⁷ Amen. 15

27. Tunc¹ prosternat² se in vicem Dei ad pedes sacerdotis, ita³ dicens: *Recipe me sceleratum in vice iudicis mei, quia non est quo fugiam nisi ad te, confitendo tibi peccata mea.*

28. Recepto a sacerdote, fiat oratio cum psalmo isto: *Ad te levavi oculos¹. Et² sequatur ammonitio³ scripturarum sanctarum.* 20

29. Deinde¹ dicatur haec oratio:

Exaudi, domine, preces nostras et confitentium tibi parce peccatis, ut quos conscientiae² reatus accusat, indulgentia tuae miserationis absolvat. Per.³

30. Alia. *Presta, domine, huic famulo tuo N. dignum poenitentiae²⁵ fructum, ut aecclesiae tuae sanctae¹, a cuius integritate deviaverat peccando, admissorum veniam consequendo reddatur innocuus². Per.*

31. Alia. *Preveniat hunc famulum tuum N., quesumus, domine,*

25. ¹ Vox ... sua] Ac deinde V. — ² <et> iudex B G. — ³ Nolo, corr. Nolle C. — ⁴ laetari B G. — ⁵ tuo <domine> B. — ⁶ indulgentia <tua> V. 30

26. ¹ Tunc dicat sacerdos] Tunc danda est indulgentia hoc modo V. — ² ab] in supraser. T. — ³ tua] om. B. — ⁴ odiernum C. — ⁵ vel] seu V. — ⁶ <opere> bono V. — ⁷ Resp. Amen] om. V.

27. ¹ Tunc ... oculos (n. 28)] om. V. — ² prosternet B. — ³ ita] om. G.

28. ¹ oculos <meos> B T. — ² Et] Deinde V. — ³ admonitio G. — ⁴ script. 35
sanctarum] sanctarum scripturarum V.

29. ¹ Deinde ... oratio] Postea dicantur a sacerdote iste orationes iam indicata sententia poenitentiae V; Deinde dicatur haec] Postea G. — ² scientiae T. — ³ Per <d. n. I. Chr.> T.

30. ¹ sanctae] om. B. — ² innoxius V. 40

28. ^a Ps. CXXII.

29. *Sacram. Gélas.*, I, XV (éd. WILSON, p. 14; MOHLBERG, p. 17). — Cf. *Ordo L*, 57.

31. *Ibid.*, I, XV (éd. WILSON, p. 14; MOHLBERG, p. 17). — Cf. *Ordo L*, 59.

miserericordia tua, ut omnes iniquitates eius celeri indulgentia deleantur. Per.

32. Alia¹. *Adesto, domine, supplicationibus nostris, nec² sit ab hoc famulo tuo N. clementiae tuae longinqua miseratio. Sana vulnera eius³, remitte peccata, ut nullis a te separatus iniquitatibus, tibi domino semper valeat adherere. Per.*

33. Alia. *Domine Deus noster, qui offensione nostra non vinceris, sed satisfactione placaris, respice, quesumus, ad hunc famulum tuum N., qui se tibi graviter peccasse confitetur. Tuum est enim absolutionem criminum dare et veniam prestare peccantibus, qui dixisti penitentiam te peccatorum malle quam mortem. Concede ergo hoc, ut tibi penitentiae excubias celebret et, correctis actibus¹ suis, conferri² sibi a te sempiterna gaudia gratuletur. Per.*

34. Alia¹. *Precor, domine, clementiam tuae² maiestatis ac³ nominis, ut huic famulo tuo N. peccata et facinora sua confitenti veniam dare et preteritorum criminum errata relaxare digneris, qui humeris tuis ovem perditam reduxisti ad caulas. Per.*

35. Alia¹. *Deus, qui publicani precibus vel confessione placatus es, tu etiam, domine, et huic famulo tuo N.² placare, tu eius precibus benignus assiste, ut, in confessione placabili permanens, clementiam tuam celeriter exoret, et, sanctis ac sacris altaribus restitutus, spei rursus aeternae et caelesti gloriae reformetur³. Per.*

36. Alia¹. *Adsit², quesumus, domine, huic famulo tuo N. inspiratio gratiae salutaris, quae cor eius fletuum ubertate resolvat, sicque se macerando conficiat, ut iracundiae tuae motus idonea satisfactione compescat. Per.*

37. Alia¹. *Omnipotens sempiternae Deus, qui es verus sanctus et sanctorum omnium protector, te piùm dominum devotis mentibus deprecamur, pro famulo tuo N., ut ei indulgentiam tribuas omnium*

30 32. ¹ Alia] om. C. — ² ne B. — ³ eiusque G.
33.] om. V.

33. ¹ actis T. — ² confiteri, corr. concedi C.

34. ¹ Alia] om. C T V. — ² <tuam> tuae C. — ³ ac] et V.

35.-36.] om. V.

35 35. ¹ Alia] om. C T. — ² N.] om. G T. — ³ reformetur] mancipetur G.

36. ¹ Alia] om. C T. — ² Assit B G T.

37. ¹ Alia] om. T.

32. *Sacram. Gélas.*, I, XV (éd. WILSON, p. 14; MOHLBERG, p. 17). — Cf. *Ordo* L, 60.

40 33. *Sacram. Gélas.*, I, XV (éd. WILSON, p. 14; MOHLBERG, p. 17). — Cf. *Ordo* L, 61 (début différent).

34. *Sacram. Gélas.*, I, XV (éd. WILSON, p. 14; MOHLBERG, pp. 17-18).

34-35. Cf. *Ordo* L, 64 (éléments différem. combinés).

delictorum suorum et, ne iterum ad voluntatem peccandi redeat, propitius eum custodire digneris. Per dominum.

38. Alia¹. Precamur, domine², ut, intercedentibus omnibus sanctis tuis, famulo tuo N.³ indulgentiam concedas, fide, spe et caritate eum repleas, mentem eius ad caelestia desideria erigas et ab omni adversitate eum defendas et ad bonam perseverantiam perducas. Per.

CXXXVII. Missa post confessionem.

1. Omnipotens sempiterne Deus, confitenti tibi huic famulo tuo pro tua pietate peccata relaxa, ut non plus ei noceat conscientiae reatus ad poenam, quam indulgentia tuae pietatis prosit ad veniam. Per.

2. Lectio Isaie prophete: ^a Lavamini, mundi estote, auferte.

3. Evangelium secundum Lucam: ^a Duo homines ascenderunt in templum ut orarent.

4. Secreta. Presta, quesumus, omnipotens et misericors Deus, ut haec salutaris oblatio famulum tuum N. et a propriis reatibus indesinenter expediatur et ab omnibus tueatur adversis. Per.

5. Ad complendum. Omnipotens et misericors Deus, qui omnem animam poenitentem et confitentem magis vis emendare quam perdere, respice propitius super famulum tuum, et per haec sacramenta, quae sumpsimus, averte ab eo iram indignationis tuae et dimitte ei omnia peccata sua. Per dominum nostrum Iesum Christum.

CXXXVIII. Missa pro infirmo de cuius salute desperatur.

1. Deus, qui famulo tuo¹ N. dedisti fidei coniunctionem, concede, ut per temporalem corporis incommoditatem ad supernorum civium pertingere mereatur consortium. Per.

38.] om. V.

38. ¹ Alia] om. B T. — ² <te> domine B. — ³ N.] om. T.

CXXXVII. Mss.: V, f. 128^v.

Éd.: HITTORP, *De eccl. off.*, éd. 1568, p. 29; éd. 1610, col. 671; éd. 1677, col. 671 (dans l'ensemble de l'*Ordo L*); SCHMITZ, *Bussbücher*, t. 1, p. 93 (d'après le *Valllicell. D.* 5).

CXXXVIII. Mss.: C, f. 192^v; V, f. 134^v.

Éd.: MORIN, *De poenit.*, II, p. 25. — MARTÈNE, *De ant. eccl. rit.*, I, c. VII, art. IV, *Ordo XV*; t. I, p. 326 (d'après le *Parisin. lat.* 820).

1. ¹ tuo N.] tuae C.

CXXXVII. 1.-5. Cf. *Ordo L*, 67-70.

1. *Sacram. Gélas.* I, XXXVIII (éd. WILSON, p. 65; MOHLBERG, p. 57).

2. ^a Is. I, 16 (-28).

3. ^a Luc. XVIII, 10 (-14).

CXXXVIII. 1. Cf. *Pont. Rom. XII^e s.*, XLIX A (ANDRIEU 266, n. 1 c.).